Supplementum ad Evacuationem.

N. 4. § 2tus.

Videatur Melius in Tractatu.

Insuper ne ex Occasione Personarum Saxonicarum quae circa Latus Re-
gium intuitu vel sub titulo praefatarum Copiarum Saxonicarum aut Com-
missoriatus huiusq commorabantur, suppositiones sinistrae ingressionis in
Officia, Consilia vel Ministeria Polonica nutriantur, easdem Personas exnunc
simul cum Exercitu Sa Ra Mttas evacuare et removere declarat praeter ta-
men Cancellariam Saxonicam indispensabiliter necessariam, in qua So-
lummodo Numerum Sex Personarum Nationis Saxonicae Sae Rae Mti
tenere licebit, tum praeter Personas inferioris Conditionis ad minera Ser-
vitia spectantes, quae dictae Personae tam primae quam Secundae Clas-
sis ulla tenus in Consilia et Negotia, Civilia, Militaria et Oeconomica, atque
promotiones se immiscere secundum tenorem Pactorum Conventorum non
debebunt. Super quo Ministri Regni et MD Littae ad Latus Regium #
commorantes attendentiam habere et Reipublicae deferre tenebuntur
signanter Illres et Mri Mareschalci Regni tum Curiae et MD Littae
attendent. 1mo Ne Gwardya Sae Rae Mttis ex Militia et Natione Saxo-
nica partim Equestris, partim pedestris constans proprijs illius impen-
sis sustentanda /: quae consulendo sufficienti in praesentibus Circumstan-
tijs Sae Rae Mttis securitati speciali dispensatione conceditur:/ contra
Pacta Conventa supra Numerum Mille ducentorum tam quo ad Officiales
quam quo ad Milites Gregarios ad praesens in seorsiva Schedula specifi-
catos augeatur vel immutetur. 2do Ut Colonellus hujus Militiae pro
tempore existens, ad Juramentum fidelitatis Sae Rae Mti et Reipublicae
et super non augendum praedictum Numerum Militum praestandum
nec non ad debitam secundum Leges intuitu Jurisdictionis Mareschal-
calis subordinationem stringatur. 3tio Ne sub praetextu istius Mili-
tiae novi delectus aut Suppletorij Milites ex Saxonia in Regnum
ducantur. 4to Ne praedicta Gvardia Saxonica tam in loco penes
Sam Ram Mtem existendo, quam simul vel partitim eundo, ac redeundo
ubiq locorum ullas alimentationes tam pro se, quam pro Equis gratis
aut violenter accipiat, sed nonnisi de proprio vivat, omnia solvendo p
rata pecunia sub rigore severissime et irremissibiliter contra excess

pro primo gradu per suum Colonellum seu ejus subalternos Officiales pro secundo in casu denegatæ Justitiæ per Mareschalcos Regni et MD: Littæ extendendô, tum sub solutione Causatorum damnorum ex Cassa Stipendiaria per eosdem Judices, ac eodem modo injuriatis instantaneè realiterq́ præstandâ.

Jidem Illres et Mfci Mareschali utriusq́ Gentis precavebunt, ne ad Cancellariam Saxonicam plus quam sex Personæ relinquantur et in posterum commorentur: tum ne infames aut Jure victi in Aula Sæ Ræ Mttis subsistere ac protectione illius in contemptum Legum gaudere audeant, eaq́ omnia quæ de Lege et Præsenti Tractatu ad sua Munia referuntur religiosè administrent et exequantur. # Non minus et

\# §. 6tus.

Illres et Mfci Cancellarij et Vice-Cancellarij Regni ac MD Littæ eam pro solita Vigilantia sua attendentiam de Jure concessam habebunt, ne unquam bellum Offensivum inscia et inconsulta integra Republica instituatur, tum ne Sa Ra Mttas quoties eidem, post expedita quolibet biennio Comitia Generalia, absq́ præjudicio Negotiorum gravioris importantiæ Rempublicam concernentium in Saxoniam proficisci placuerit, ultra tres Menses quolibet Anno, vel sex quolibet biennio non computando tamen tempus viæ, insuper salvo usu Constitutionis Lublinensis Anni 1703 fol: 19: in casu necessitatis reparandæ Sanitatis, ibidem diutius, privando præsentiæ suæ solatio expectationem Reipublicæ immoretur, neq́ vacantias ibidem distribuat, conferendas nonnisi in Polonia, alias in tali casu informandus erit Illmus Primas Regni et ipsi, si alicui, vel aliquibus eorum, Lateri Regio ex Obligatione debiti Obsequij assistere contigerit, in tali casu redire in Poloniam tenebuntur. Invigilabunt insuper, ne per Ablegationes Ministrorum Saxonicorum Negotia Polonica tractentur, et vice versa Saxonica per Polonos. Correspondentiæ vigere eorundem cum Externis Principibus fiant, neq́ Colloquia cum ijsdem Principibus nocitura Regno in Negotijs illius instituantur.

Neminem præsertim vero Jure non victum, captivare permittent, imò attendent et curabunt, ut prædicta Sa Ra Mttas, Se, Regnumq́ suum Legibus circumscriptum feliciter regat, Pactaq́ Conventa quam

religiosissime observet. Ac demum hi iÿdem Cancellarij et ProCancellarij Regni ac MDLitt^ae curabunt, ut Iura Maiestatica, praesertim Iura Patronatus, nec non Nobilium Ducatus Curlandiae et Semigalliae Districtus Lavenburgensis et Bitoviensis tum Ecclesiarum Catholicarum in iÿs ac aliÿs ejusdem Dominiÿ Ditionibus Insistis juxta praescriptum Legum ac tenorem Tractatuum veterum in omnibus ac ab omnibus intacta et illaesa observentur, praesertim circa Iustitiam Distributivam, quo fine non solum quavis expectativa, sed etiam omnes gratiae Praesentationum Beneficiorum, Dignitatum vel Officiorum quorumcunq sive per Spirituales, sive per Saeculares à S^a R^a M^te impetratae sub nullitate adeptorum post hac Officiorum vel beneficiorum, vigore istius Tractatus revocantur, abrogantur, ac pro nullis et irritis declarantur.

Deinde advertent, ut Illres et Mfci Senatores ad Residentiam M^tis designati, nec non Senatorij Magni, Referendarij, Notarij, aliiq Officiales utriusq Gentis (: sola Legalitate infirmitatis vel obsequij publici excepta:) implentes suas obligationes sub rigore Legum commorentur ad Latus Regium: Senatus Consilia in omni casu eventuro Residentes Senatores daturi erunt, quorum Sententiae valiturae ad pluralitatem notabuntur. Prospicient deniq ne predicta Senatus Consilia stante pede absolvantur, et ne se ingerant in Materias Status deci sivè neq Decreta Tribunalis Regni et MDLitt^ae suspendant ac tollant.

Privilegia in honores cum Spaciis vulgo z Okienkami nemo impetrabit, neq pro sigillatione illorum molestus esse debebit, curabuntq ne Honores et Dignitates Regni Terrigenis MDLitt^ae in Regno nullas Possessiones habentibus, et vice versa Munia et Dignitates MDLitt^ae Terrigenis Regni nullas in Lithvania Possessiones habentibus sigillentur, sub amissione eorundem, et declaratione pro Vacantibus, salvis tamen modernis Possessoribus.

Invigilabunt insuper seriò, et solitam inter se Cancellariae Communicationem habebunt, ne Privilegia super unum idemq Munus duabus Personis extradantur, videlicet unum ex Majori, alterum ex Minori Cancellaria Regni et MDLitt^ae ac evitandas Clades domesticas et Scissiones per Palatinatus. Cui malo obviando, Privilegia in Majori Cancellaria sigillata ad Acta Metrices Cancellariae Minoris, et è contra per oblatam porrigantur et ibidem acceptentur. Discrimen Personarum facient, Militares etiam Merses exactè observabunt, nulli prorsus Exotico, aut incertae Nobilitatis, Dissidentibus verò in Religione, non nisi sine praejudicio Catholicorum, Gratias Regias sigillaturi. Et quoniam nonnulli motivo ambitionis suspectum Genus Nobilitatis suae, erectione Novorum sub suo Nomine Oppidorum, Villarumq fundare et authorisare

ac